

† Anno ab Incarnatione domini nostri ihesu christi Millesimo Trecentesimo Tricesimo secundo Regnante domino nostro Roberto *etc.* Regnorum suorum anno vicesimo tertio Mense Octubris die vicesimo octavo eiusdem quinde decime Indictionis apud Barolum. Nos Nicolaus Iacobi de Lauretta Regalis baroli Iudex Angelus Nicolai de flore puplicus eiusdem terre notarius et testes subscripti licterati *etc.* testamur quod predicto die in nostri presentia constitutus francus f. qd. Malgerii sire umfredi bonelli concivis noster ibidem dompno franco de lilla Sacerdote Ecclesie Sancte Marie de Episcopio de Barolo procuratore ut dixit Capituli dicte Ecclesie asseruit coram nobis dictum qd. Malgerium patrem suum condidisse sibi sollepniter et legitime testamentum in quo quidem testamento instituisse sibi heredem dictum francum filium suum in omnibus bonis suis quam in legatis in eodem testamento contentis. Et inter Cetera dicti testamenti voluit et mandavit quod post eius obitum detur dicto Capitulo Ecclesie Sancte Marie de Episcopio de barolo domus una sua ut dixit que fuit qd. sororis sibille sita in pictagio Marsicani prope Ecclesiam Sancte Marie annunciate ipsius terre Infra-scripto pacto quod clerici ipsius Ecclesie teneantur anno quolibet in perpetuum adepto legato dicte domus facere anniversarium unum pro anima sua in dicta Ecclesia, et si contra faciant quod incontinenter cadant a legato domus predicte et domus ipsa deveniat ad francum eundem vel eius heredes *etc.* prout hec et alia dictus francus asseruit contineri in testamento predicto facto ut dixit manu notarii Marini notarii Angeli de Flore, qui francus volens providere saluti anime sue ac anime dicti qd. patris sui *etc.* requisivit ut nos ad dictam domum conferre personaliter deberemus visuri oculati assignationem dicte domus faciendam per ipsum francum eidem dompno franco procuratori *etc.* Pretitulato die una cum dicto dompno franco ad dictam domum contulimus *etc.* Invenimus divisam in duabus habitationibus, cum supradicto pacto et ipsum procuratorem in vacuum et corporalem possessionem immisit per seras et portas *etc.* que domus est in eodem pictagio Marsicani et inter hos fines videlicet a duabus partibus iuxta domum Rogerii sellarii iuxta Comunem transendam Vicinalem iuxta viam publicam et alios confines. In cuius rei testimonium *etc.* Quod scripsi ego predictus Angelus puplicus baroli notarius qui predictis rogatus interfui et meo signo consueto signavi. (*Segno*).

† Nicolaus Iacobi de Lauretta q. s. Iudex. (*Segno*).

† Petrus de Sancto petro presbiter testatur.

† Ego dompnus ihoanes (*sic*) de Nicolaus (*sic*) testor.

† Ego Nicolaus bunellus de trani abitatur (*sic*) barulanus tesstis (*sic*) sum supra (?).